



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

XXIV. De periclitantibus ex partu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

Viatico, & extremâ Vnctione cura; imprimis autem age, ut iram ponat, offensam inimico condonet, Christi, Sanctorumque exemplo, sicut & ipse vult sibi à Deo ignosci: ita tamen, vt intelligat posse Iudici rem committi, modò id velit ex zelo iustitiæ, & boni publici, aut eorum, quorum id interest; non ex odio, & studio priuatæ vindictæ. Si ille, qui læsit, cupiat coram deprecari, Chirurghum, & rationem consule, an expediat; ne fortè bilis, aut alii humores ex aspectu, & verbis illius commoti vulnus exacerbent, & exulcerent animum: fortè satis fuerit, & tutius, per virum aliquem Ecclesiasticum, eius, qui læsit nomine, istud peragi, & læso id satis esse debet.

NVM: XXIV.

De periclitantibus, præsertim ex partu.

MOne populum, vt qui periculofam navigationem, vel prælium, vel periculum contagionis subeunt: itém-

itém-

itémq; prægnantes tempestiuè sibi de
 Sacramento confessionis, & Eucharis-
 tiæ prouideant, priusquam grauius
 laborent; præsertim ex primo partu,
 qui solet esse periculosior: quòd si id
 neglexerint, aut in discrimine consti-
 tutæ velint rursus confiteri, adeas:
 quòd si faminae, quæ obstetricantur,
 ita impediunt, vt confitentem audire
 non possis, vel res ipsa non patiatur,
 contentus sis, pro absolutione, vt si-
 gna doloris, & desiderium confitendi,
 aut aliquod peccatum explicent, re-
 motis iis, qui necessarii non sunt, iis
 verò, qui abesse non possunt, monitis,
 vt oculos aurésq; contineant, & quo
 casu aliquid intellexerint, sigillum
 confessionis religiosè seruent. quod
 idem dici debet de pestiferis, & vul-
 neratis, de quibus paulò antè. Iuant
 parturientes in periculo reliquæ San-
 ctorum illis applicatæ, & vota ad Dei
 Matrem, & alios Sanctos concepta
 non oberit consuluisse.

NVM: